paulatim proficiet opus tuum et pusillanimis non efficieris
Quod cum audisset invenit fecit sic et in parvo tempore prosperata
est possessio illa et exculta. Sic et tu frater paulatim op-
are et non deficias et deus per gratiam suam restituet te in
pristinum gradum tuum. Hoc audito frater ille abiit et cum
omni patientia sedens faciebat sicut doctus fuerat et sic invenit
requiem promovebatur in melius de die in diem. (De pugna contra temp-
Frater quidam seni dixit quid faciam quia oc- (tationes.
cidit me sordida cogitatio. Dicit ei senex: mater
quando vult ablactare puerum suum amarum aliquid superad-
dit et super ungit uberibus suis et cum venit infans ex consue-
tudine sugere lac sentiens amaritudinem fugit. Mitte
ergo et tu in cogitatione tua amaritudinem. Dicit ei frater:
que est amaritudo quam debeo mittere? Respondit: amaritudo
passionis Christi mortis quoque tue et inferni et recordationem
tormentorum que peccatoribus parantur et sic poteris extinguere cor-
poris et anime temptationes. (De quodam qui repulit spiritum forni-
Erat quidam frater in heremo arte figulus qui in- (cationis
pugnabatur spiritu fornicationis. Quadam die cogitavit quod opere
manuum extenuaret carnalem temptationem et plas-
mavit sibi quasi figuram mulieris ex limo. Dicit quod cogitatio-
nibus suis: ecce uxorem genuit et filios, erit necesse est ma-
gis laborem ut possis vestire te et uxorem et filios pascere
et ita nimio labore maceravit corpus suum ut plus
non posset sustinere tantum laborem. Ideo omnis illa temptatio eva-
nuit. Non ultra querebat mulierem et dum propter nimium laborem et
nimium etiam orem sibi abstulit temptationem. Unde beatus
Ieronimus dicit: Vide ne te dyabolus inveniat ociosum. (Sic
Quidam fuit de quodam fabro qui fugavit spiritum fornicationis
erat apellon nomine et erat faber quondam aurificis

Ex quo temptationes possumus vincere

quod fornicatio plus